

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis

Caput 19: De temptatione dyaboli (24)

Leo papa:

Non enim desinit antiquus hostis, transfigurans se in angelum lucis,
deceptionum laqueos ubique pretendere,
et ut quoquomodo fidem credentium corrumpat instare.
Novit cui adhibeat estus cupiditatis, cui illecebras gule ingerat,
cui incitameata luxurie apponat, cui infundat virus invidie,
quem merore conturbat, quem fallat gaudio,
quem metu opprimat, quem amaritudine seducat,
omnium discutit consuetudinem, ventilat curas, scrutatur affectus,
et ibi causas querit nocendi, ubi quemquam viderit studiosius occupari.

Non enim desinit hostis antiquus, transfigurans se in angelum lucis,
deceptionum laqueos ubique praetendere,
et ut quoquo modo fidem credentium corrumpat, instare.
Nouit cui adhibeat aestus cupiditatis, cui inlecebras gulae ingerat,
cui adponat incitamenta luxuria, cui infundat virus inuidiae,
nouit quem maerore conturbet, quem gaudio fallat,
quem metu opprimat, quem admiratione seducat,
omnium discutit consuetudinem, uentilat curas, scrutatur affectus,
et ibi causas quaerit nocendi, ubi quemque uiderit studiosius occupari.

Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta*, 27.3 (CCSL 138,
A. Chavasse ed., p.134, ll.60-69).